



**De Rebvs Iaponicis// Historica// Relatio,**

**Froís, Luís**

**Moguntiae, 1599**

**VD16 F 3085**

Reverendissimo In Christo Patri, Et Domino, D. Stephano Webero Mysiensi  
Episcopo, Reuerend. & Illustriss. D. D. VVolfgangi Archiepis. Mogunt.  
Principis Electoris, in Pontificalibus Vicario, SS. ....

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64472)

REVERENDIS-  
SIMO IN CHRISTO  
PATRI, ET DOMINO, D. STE-  
PHANO WEBERO MYSIENSI E-  
piscopo, Reuerend. & Illustriss. D.D. VVolfgangi  
Archiepis. Mogunt. Principis Electoris, in Pon-  
tificialibus Vicario, S S. Theologiæ Do-  
ctori, &c. Domino & Patrono  
suo colendissimo.

**V**oniam animaduer-  
ti, Reuerend. Domi-  
ne, Noua ex orbe no-  
uo hactenus allata, & à me non  
semel in lucē emissā, ab omnib.  
Catholicæ Religionis, veræq;  
pietatis amantibus cupidissimè  
lectitari: minimè dubitaui, hāc  
quoq; nouā de rebus Iaponicis  
narrationē, eamq; tripartitā re-  
center à P P. Societatis, qui in  
haç yrbe degunt, ex Italico ex-

A 2 empla-

EPISTOLA

emplari, in Latinam linguam  
cōuersam, & mihi benignè cō-  
municatā, meis typis ex prime-  
re. Quod e quidē hoc feci liben-  
tius, quo certius mihi persua-  
debam, omnes beneuolos lecto-  
res maioreē ex qualibet harū hi-  
storicarum narrationum, quā  
ex alijs omnib. antegressis, vo-  
luptatē capturos; atq; imprimis  
ex prima, q̄ est de glorioſa nece  
**26.** Christianorum, in Iaponia  
cruci suffixorū : in qua licebit  
intueri pulcherrimos Ecclesiæ  
in extremis illis orbis regioni-  
bus iam nascentis flores, nō dif-  
fimiles illis, quos Ecclesia vetus  
ipsis Apostolorū temporibus  
protu-

DEDICATORIA.

protulit; cū passim Christi fide.  
Ies, magni æquè ac parui, iuuen-  
nes ac senes, atq; adeò impube-  
res pueri puelleq; ad Martyrij  
palmam, tanq; ad lautissimas e-  
pulas, cōuolarent. Atq; ea cau-  
sa fuit, vt illi historiæ principē  
locum in hoc opusculo tribue-  
rim; cui, si tēporis rationē, quo  
singula cōtigère, habeamus, de-  
bebatur postremus, sicut cōtra  
postremę primus. Quod autē  
hoc scriptum sub R. D. V. no-  
mine atq; tutela diuulgare vo-  
luerim, non vna me causa per-  
mouit. Iusta erat illius magni-  
tudo, vt patronū mereri vide-  
retur; argumētum quoq; eius-

A 3 modi

*EPIST. DEDICAT.*

modi, ut nihil ambigerē, R.D.  
V. harum rerū cognoscendarū  
studiosissimæ, eius lectionē iu-  
cundissimā futuram. Isdemū  
eram ego, nempe in hac Typo-  
graphia nouus, & forte adhuc  
ignotus, vt hoc munusculo  
qualicunq; aditum ad R.D.V.  
fauorē & benevolētiā, quam  
omnes boni mirificè prædicāt,  
mihi parandum esse putaue-  
rim. Moguntiæ, 18. Kalend.  
Octob. Anno 1599.

*Reuerendiss. D.V.*

*Humilimus cliens*

*IOHANNES ALBINVS*  
*Typographus.*